

1570 die 20. Ibris: Ex ms. Bibl. Latus: no 244.

Sigismundus Augustus Rex Polonia
Joanni Friderico Duci Pomeraniae,
Joachimo Comiti a Schlick, Chri:
stophero Karlowitz, Caspary
Minkwitz ad Conventum Steti:
nensem Commissarijs Cesareis.

Quemadmodum pro nostro in tempu:
blicam Christianam studio nihil exo:
ptamus magis, quam pacem et concor:
diam Christianorum principum, et
eorum maxime principum, qui nobis
vel federe, vel necessitudine aliqua
sunt conjuncti, ita magnopere cupi:
mus hanc pacificationem, cujus potif:
simam causa Ill: et syn: v^{ra} Steti:
num convenerunt, recte et feliciter
evenire, tum eorundem facta consilia
instituta, pacis communis causa et
utilitatis publicae suscepta et sibi or:
namento, et rei publicae emolumento
esse. Quoniam vero nobis etiam non:
nullae intercedunt controversiae, cum
Armis Danicae ac Sueviae Regibus, qui:
bus nos boni publici, et communis tran:
quillitatis causa finem, aliquando
imponi exoptamus, eam spem de Ill:
et syn: v^{ris} concepimus, ut existi:
memus eosdem sibi sine mediatori:
bus

bus transigi non poterit, mandato S^{es}:
M^{is} commonefactos id muneri, quod
alioqui sustinent in se non gravate
in nostra etiam causa suscepturos, et
pro bono ac utilitate reipublice Chri:
stiane eas omnes controversias, ter:
minaturos esse, que sopita magnū
reipublice chriane fructum, irritē
vero vel neglectē, magnum omnibus
finitimis Regnis et ditionibus, atq;
adeo universe chriane reipublice de:
trimentum adferre possint. Quod reli:
quum est, cupimus illi^{em} et Syre:
vras bene ac feliciter valere. Da:
tum Varsoviae, 20. Julis 1570. Regni
vero nostri Anno 47^o —

io feyze Fredi.